



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Enchiridion Erasmi Roterodami Germani De Milite Christiano**

**Erasmus, Desiderius**

**Lypsi, 1516**

**VD16 E 2746**

Canon Secundus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-33324**

Iaco. 2. tremiscant. Deniq; quæ sic consentaneæ sunt æquitati naturæ quæ sic inter se constant, sic rapiunt attentos, sic mouent atq; transformant. Si hæc tanta argumēta in eas solas competunt, quæ, malum, uesania est, in fide hesitare? Vel ex præteritis futurorum cōiecturam facito. Quanta, q̄q; incredibilia dictu de Christo prædixerant propheta. Quid horum non euenit? Qui in illis non fessellit, in alijs faller? Postremo non mētū sūt propheta, & mentietur Christus prophetarū dominus? His atq; huiusmodi cogitationibus si subinde flammam excitaris fidei, tum ardentem rogaueris deum, ut adaugeat tibi fidē miserabor, si diu malus esse poteris. Quis enim vsq; adeo scelestus ut non resiliat a vicijs, si modo penitus credat, momentaneis his voluptatibus, præter infelicem illum conscia mentis cruciatū, æternos quoq; emi cruciatus? Pij contra pro temporaria ac leui vexatiuncula, centuplum gaudium puræ cōsciētia, ac vitam deniq; reddi immortalem?

Fides vera nō patitur hoīem esse malum

Mathei, 19

¶ Canon Secundus.

Primum igitur esto nihil hesitare de promissis diuinis, pximū autem, ut uiam salutis, non contanter, nō timide, sed certo proposito, toto corpore, animo fidenti atq; ( ut ita dixerim ) gladiatorio captes paratus vel rei vel uitæ dispendium p̄ Christo subire. Piger uult & non uult. Non oscitantibus cōringit regnum celorum, sed plane uim pati gaudet, & uolenti rapiunt illud, Huc festinantem, non te charorum affectus retardet, nō reuocent illecebræ mundi, non remorentur curæ domesticæ Incidenda est secularium negotiorum cathena, quādoquidē explicari nō pōt. Sic deserēda Aegyptus, ne qñ rēdeas animo ad ollas carniū. Raptim ac semel tota deserēda Zodoma, non est fas respicere. Respexit mulier, & uersa est in simulacrū saxum. Viro nō uacat, vlla vsq; in regiōe morari, sed iubetur properare in mortem, nisi malit perire. Clamat propheta, ut fugiamus de medio Babylonis. Exitus ab Aegypto fuga uocat. E babylone fugere iubemur, nō sensim atq; cōtāter emiscat.

Aegyptus deserenda Zodoma

Babylon

E ij

grare. Videas pluresq; cōperendinantes, & consimilis nimitē  
lentis molientis fugam viciorum. Vbi his me curis inquirunt  
extricauero, vbi illud atq; illud negocij cōfecero Stulte, quid  
si hodie a te repetant animam tuam? An nescis negotium e ne  
gocio seri. Viciū vicio inuitari. Quin hodie potius facis, qd'  
quo maturius feceris, hoc factū fuerit facilius; Alibi diligens  
esto, hic vtilissima præcipitatio. Ne reputa, ne pensulare,  
quantū relinquas: certus Christum vnum tibi satis futurū pro  
omnibus, Aude modo te illi toto pectore credere, Aude tibi  
diffidere, aude omnem tuā curam in illum transferre; Desine  
inniti tibi, & plena fiducia abijce te in eum: & excipiet te. Iacta  
cogitatum tuum in domino: & ipse te enutriet, vt canas illud  
eiusdem prophetae. Dominus regit me & nihil mihi deerit, in  
loco pascue, ibi me collocauit. Super aquam refectiōis educa  
uit me, animam meam conuertit. Ne velis temetipsum partiri  
duobus, mundo & Christo, Non potes duobus dominis ser  
uire. Nulla societas deo cum Belial. Non fert eos qui vtroq;  
genū claudicant, Euomit eos, qui neq; frigidi sunt, neq; calidi,  
sed tepidi. Nimitēq; zelotypus animarū amator deus est, solus  
ac totum possidere vult, quod sanguine suo redemit. Non pa  
titur consortium diaboli, quem semel morte sua deuicit. Duæ  
tantum viæ sunt, altera quæ per obsequium affectuum ducit  
in exitiū, altera quæ per mortificationē carnis ducit ad vitā.  
Quid tecum heres? Tertia nulla est. Harum alteram velis no  
lis ad eas oportet. Quisq; es, hæc arta tibi ineunda semita est,  
per quam pauci mortalium ambulant. Sed hanc ipse calcauit  
Christus, calcarunt ab orbe condito, quicūq; deo placuerūt.  
Hæc est profectio Adraſtei numinis ineuitabilis necessitas.  
Cum Christo / mundo crucifigaris necesse est, si voles cum  
Christo vitare. Quid inepti nobis ipsi blandimur? Quid tāta  
in re nobis ipsis imponimus? Hic dicit nō sum clericus. Mun  
danus sum. Non possum non vt mundo. Alius cogitat, & si  
facier dos sum monachus non sum, viderit ille. Inuenit & mo  
nachus, quo sibi palpetur. Non tam inquit monachus sum,  
q̄ illi aut illi, Alius dicit, Adolescens sum, generosus diues,

Iuce. 17

P̄s. 54.

P̄s. 22.

Math. 6

3. reg. 8

2 cor. 6

Apoc. 3

Deus Zeloty  
pus amator.

Per Adraſti nu  
mē Nemesim  
itelligo cui ille  
prim<sup>a</sup>ram po  
suit. Est autē re  
mūeratrix bo  
norū & malorū  
adeo ptinax vt  
si etiā lēta veni  
at nihil tū inul  
tū patiat aut ir  
remūeratū. Ce  
terū de fato A  
draſti lege Bo  
cium

aulicus, denique princeps. Ad me nihil attinet, quæ dicta sunt  
apostolis. Miser, ergo ad te nihil attinet, ut viuas in Christo, Si in  
mundo es, in Christo non es, Si mundum appellas cœlum, terram  
mare & hunc communem aerem, nemo non est in mundo, sine ambitio-

**Luce. 9** es Christianus non es. Omnibus dixit Christus, qui crucem suam  
non tolleret, ac sua vestigia sequeretur, non esse se dignum, Mori car-  
ni cum Christo, nihil ad te, si vivere illius spiritu nihil ad te prinet,  
Crucifigi mundo nihil ad te, si vivere deo nihil ad te, Cõsepel-  
ri cum Christo nihil ad te, si resurgere in gloriam nihil ad te Christi  
humilitas, paupertas, tribulatio, cõtemptus, labores, agones, do-  
lores, nihil ad te, si regnum illius nihil ad te, Quid autem impro-  
bium, quæ præmiũ tibi cum alijs comune ducere, at labores quibus  
paratur præmiũ, in paucos quosdam referere? Quid autem de-  
licacius, quæ cum capite cõregnare velle, quo quum nolis compati?  
Noli igitur mi frater circũspicere, quid alij faciãt, & eorũ colla-  
tione tibi blandiri. Ardua quædam, & paucissimis etiam monachis  
cognita res est, mori peccato, mori desiderijs carnalibus, mori mun-  
do. Et hæc est communis omnium Christianorum confessio, Hoc tam  
olim in Baptismo deierasti, Quo voto, quod possit accidere san-  
ctius aut religiosius? Aut pereundum, aut sine exceptione hæc  
via grassandum ad salutem, siue reges siue inopes erimus coloni,  
Quod si non omnibus contingit ad perfectam imitationem capitis per-  
tingere, omnibus tamen huc manibus pedibusque est enitendum.  
Bonam Christianismi partem habet quæ certo animo decreuit fieri  
Christianus.

¶ Canon Tertius.

Verè ne te illud a virtutis via deterreat, quod aspera videatur ac  
tristis, tum quod commoditatibus mundi sit renuciandum, tum quod iugiter cõ-  
fligere oporteat, cum tribus improbilissimis hostibus, carne, diabolo  
& mundo, hæc tertiam regulam tibi proponito, Vniuersa terriculosa  
& phantasmata, quæ tibi statim velut in ipsius auerni faucibus  
occurrunt, pro nihilo ducenda esse, exemplo Aeneæ Vergiliani,  
Quod si ludibrijs inanibus contempseris rem ipsam persequi fixiusque in-  
spexeris, perfecto videbis, Christi via, propter quod sola ducit ad

E iij

Mundus quid.

Mori peccato  
paucissimi sciunt  
Christianorum p-  
fessio.